

- 11 Minima feneratorium præsumitur contractum inter personas nulla amicitia coniunctas. Idque præsertim, si mutuatarius pecunia summo pere indigeat. num. 12.
- 13 Mutuum præsumitur feneratorium, quando mutuatarius magno pretio rem empturus, non sit empturus, nisi pecuniam mutuo recuperet.

P R A E S U M P T. CXXIII.

Recpta est apud omnes sententia, usuram propriè, & directè f. committi in mutuo, in alijs verò contractibus, vt emptionis, & venditionis, & similibus in propriè, seu indirectè, cum, & in his alijs contractibus vt emptionis, & venditionis, in sit mutuum implicitū. Hanc sanè sententiam auctoritate quamplurimum probavi in consil. 109 num. 28. libr. 2. & illis accedit Dec. consil. 2. numer. 1. libr. 1. Porro dubitari sæpe solet, quando, & quomodo præsumatur commissi usura in contractu ipso mutuo?

Et pro regula statendum est, non præsumi mutuū f. esse feneratorium, sicuti de alijs contractibus dixi supra, & in specie mutui tradunt Bald. in l. rogasti. §. si tibi. in fin. ff. si cert. pet. & ibidem Iaf. & Dec. uterque numer. 6. Non hic repetam rationem, quam supra commemoravi, Receditur tamen ab hac regula f. præsumptionibus, & coniecturis, sicuti post alios respondi in d. consil. 109. nu. 7. Est ratio, quia (vt supra admonui) contractus isti feneratorij solent clam, & secretò celebrari, & propterea cum difficilis sint probationis, coniectura, & præsumptiones sufficiunt, vt scripsi in lib. 2. de arbitr. iudic. casu 116. num. 8. & in casu 247.

Prima itaque est coniectura, quando quid ultra mutuatam recipitur, vel promittitur. Nam illud præsumitur usure causa datum, vel promissum. Est ratio, quia repugnat præcepto diuino, mutuum date, nihil inde sperantes, Luc. cap. 6. Nec hoc in casu requiritur quod is mutuantis consueuerit feneratori, cum sufficiat ad præsumendum f. fœnus plus esse emptionem quam datum. Ita docuit Bald. in d. l. rogasti. §. si tibi. in fin. ff. si cert. pet. & apertius ibidem Castr. num. 5.

Nec verum est, quod scribit Dec. in d. §. rogasti. num. 5. etiam in mutuo considerari f. personam mutuantis, an consueuerit feneratori. Illæ enim auctoritates Bald. & Sali. & Alex. quas recenset ipse Dec. in alijs contractibus loquuntur, vt dicemus infra.

Extenditur hæc coniectura, vt locum habeat etiam si ratione incertitudinis restitutionis aliquid ultra mutuatam promitteretur. Nam adhuc præsumitur usura. Cum incertitudo f. restitutionis non tollat vitium fœnoris in mutuo. Ita docuit Albe. in l. iubemus. la. 2. col. pen. vers. quid de tali contractu. C. de sacros. eccl. qui attestatur ita iudicasse collegium Doctorum Bergomense. Et Albericum secuti sunt Dec. in dicit. §. si tibi. num. 4. in fin. in l. de fideicommissis, num. 3. C. de transact. in consil. 123. num. 1. Nam incertitudo non purgat suspicionem fœnoris. c. nauiganti. in princ. de vsuris.

Et in hoc differt contractus mutui à contractu emptionis, & venditionis, qui sanè emptionis contractus respectu incerti euentus consistit, qui alioqui non valeret, sicuti emptio annui redditus ad vitam, sicuti tradit Hostien. & alij commemorati à Decio in d. §. si tibi. & in d. l. de fideicommissis, num. 4. C. de transact. et si Iaf. in d. §. si tibi. obijciat l. si ea lege. l. frumenti. & l. oleo. C. de vsuris, & dicemus infra.

Declaratur primò hæc coniectura, vt locum non habeat, quando alijs coniecturis apparere possit, mutuantis, & mutuatarij f. animus, & propositum non fuisse feneratorij. Ita colligi videtur ex gl. & Doc. in l. si quis nec cau-

lam. in princ. vbi Dec. nu. 1. ff. si cert. pet. Caterum animaduertendum censo, quod duo hæc sunt diuersa, f. contractum esse feneratorium, & contrahentes fœnus ita exercuisse, vt puniri debeant. Nam vt quis tanquam fenerator puniatur, inspicit, & considerari debet, qualis eius fuerit animus, & propositum. c. consiluit. vbi Doct. de vsuris. sic, & in l. si quis nec causam. in princ. ff. si certum pet. consideratur animus, & propositum mutuantis ad iudicandum an fœnus exercere voluerit, qualis sit. Et hic ipse animus, & propositum vel ex qualitate personæ satis probatur, vt si est homo diues, qui non indigeat, vt inquit Fulg. in dicit. l. si quis nec causam. in princ. vbi etiam Dec. vel si est homo bonæ conditionis, & famæ.

Probatur etiam hic animus iuramento ipsius mutuantis, vt scribunt gl. in Clem. ult. in verbo, negociandi. de censib. Bald. in leg. cum proponas. C. de nauitico fœnore. & Alex. in l. cetera. §. sed et si quis. de leg. 1. & Dec. in d. l. si quis nec causam. in princ. nu. 1. qui hoc intelligit, nisi repugnet alia præsumptio, & coniectura, ex sententia Bart. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de furtis.

Contractus verò ipse etiam si contrahentium non affuerit feneratorij animus, attamen non desinit esse feneratorius, vt si actum est, quod plus, quam mutuatam restituitur. Et si enim contrahentes errore lapsi existimauerunt contractum esse legitimum, attamen eorum opinio non tollit veritatem, cum per nostrum affirmare, vel negare non immutetur f. veritas, l. cum falsa. C. de iuris & facti ign. Porro illud concedimus, quod si præter voluntatem, & animum f. iurum aliquod secundario accessit, usuram non esse, sicuti post Corneum in l. si pacificanda. C. de pact. & alios scribit Io. Baptista Lupus in c. nauiganti. in 3. par. num. 29. de vsuris.

Secunda est coniectura in contractu mutui, quando f. nulla penitus intercedebat amicitia inter mutuantem, & mutuatarium. Non enim præsumitur, quod is mutuantis gratis mutauerit, sed potius sub vsuris. Ita respondit Bald. in consil. 133. Quædam mulier filiosam. col. 2. lib. 1. quem post Crauet. in consil. 73. num. 16. secutus sum in consil. 190. nu. 14. Non enim consueuerunt homines tam grata seruitia ignotis conferre sine aliquo pretio, vt experientia docet. Et hæc quidem coniectura tunc maxime procedit, f. quando is mutuatarius his pecunijs valde indigeat. Ita respondi in d. consil. 109. num. 16. ex sententia Gemini. in consil. 112. col. 2. vers. item ista non videtur. Calcan. in consil. 26. num. 19. vers. & ita dicendum est. & Crau. in consil. 156. num. 13.

Tertiã est coniectura, & præsumptio mutuum esse feneratorium, f. quando mutuatarius magno pretio emit rem, quam nõ emisisset, nisi pecuniam illam mutuo fuisset habiturus. Quod enim plus pretij numerare promissit, & ideo fraus est, argumen. capit. et si quæstiones. de simon.

Et in specie respondit Gemin. in consil. 16. col. 2. vers. 2. concurrit, quem secutus sum in consil. 109. num. 9. & 15. lib. 2. Et ibi, num. 18. commemoravi Bald. in l. com allegas, num. 11. C. de vsuris. qui dixit, fœnatores consueuisse vti hac fraude: recipiunt promissionem de vera sorte, res steriles vel nomina debitorum difficilis exactionis vendunt illi, qui mutuo pecuniam suscepit, pretio certo, quod postea repetunt. Et ait Bald. id fieri ob mutuum, quod alias ille mutuantis non concessisset, atq. ita (inquit Bald.) usura committitur. Et refert Bald. idè docuisse Bart. in l. cum vir uxori. ff. de iure dotium. His accedunt Rom. sing. 440. Lau. de Rodulphis in tract. de vsuris. q. 63. Ang. Clauasius in summa, in verbo, usura. il. 1. num. 6. Itaq. in tract. consang. §. 2. & in glos. 18. num. 70. Et hoc secutus sum in consil. 109. num. 18.

Alienatio

Alienatio bonorum in fraudem fisci simulatè facta, ad euitandam publicationis bonorum pœnam, & alienatio bonorum facta in fraudem creditorum, quando præsumatur?

V M M A R I V M.

- 1 Alienationes in fraudem fisci factas, non esse nullas ipso iure, sed reuocandas.
- 2 Bona post delictum commissum, an publicentur ipso iure, vel per sententiam, differentia est.
- 3 Fraus alienantis, coniecturis, & præsumptionibus, cur satis probetur. Ex aliquibus casibus urgentes esse debent. nu. 4.
- 5 Alienatio omnium bonorum facta tamen multo tempore ante delictum commissum, nulla delinquendi suspitione existente, fraudem non arguit. Aut si de delicto in genere tantum cogitatum sit. nu. 6. Aliud si facta sit lucratiuo titulo, multo quidem tempore ante delictum commissum, subsistente tamen suspitione delictum committendi. num. 7. Idque procedere etiam in alienatione maioris partis bonorum tantum. num. 8. Aut in alienatione omnium melioramentorum. nu. 9. Et quod non interfit, etiamsi temporibus interpolatis fiat alienatio. num. 10. Locum etiam habere in alienatione cum titulo oneroso, numero. 11. Cessat etiam fraudis suspicio, si re ipsa pretium numeratum sit, quod loco rei succedit. nu. 12. Et alienationem viliori pretio factam ad iustum pretium tantum reuocari. num. 13.
- 14 Alienatio bonorum in fraudem fisci facta non præsumitur ab eo qui ita deliquit, vt puniri se posse non speraret. Idem si alienatio iustus de causis facta sit. nu. 15.
- 16 Actus necessarij, si fraudis suspitionem elidunt.
- 17 Alienatio bonorum titulo lucratiuo facta, & delicto statim subsequuto, fraudulenta præsumitur. Idem si titulo oneroso fiat. nu. 18. Nisi tamen aliqua repugnet ratio. nu. 22.
- 19 A iusto gesto incontinenti argui fraudem actus præcedentis.
- 20 Incontinenti quid gestura dicatur, arbitrio iudicis committitur.
- 21 Donationes factæ intra biennium ante commissum delictum non valent in Ducatu Mediolanensi.
- 23 Alienatio bonorum ante delictum commissum, in fraudem fisci commissi dicitur, donatione omnium bonorum facta in personam propinquam. Distinguit Bar. tres casus relatos. nu. 24. 25. & 26.
- 27 Coniunctus facta coniuncti quando scire non præsumatur.
- 28 Coniuncta persona, qua dicatur.
- 29 Amicitia maioris est ponderis, quam fraternitas.
- 30 Alienatio in fraudem fisci facta præsumitur, quando alienans in possessione rei alienatæ perseuerauit. Alia tamen coniectura concurrente. num. 31. Nec refert si alienans adhibuit clausulam constituti, se possidere nomine illius, in quem facta est alienatio. nu. 32. Item facta etiam corporali traditione, si fraudulenta traditionis alia coniectura adsit. nu. 33. Fallit tamen si fructus emptori persolueret, quo casu fraudis cessat præsumptio. nu. 34. Item si fructus sibi reseruasset, cuius causa tunc in possessione diceretur esse. nu. 36. Vbi tamen pretij inspicienda quantitas. num. 37. Idem si modico tempore perseueret in possessione, quo casu fraudis cessat suspicio. nu. 38. Item si alienatione facta, vel à ciuitate capta abesse, vel decessit relictis impuberibus ignavis celebrati contractus. n. 39.
- 35 Possidere magis dicitur, qui fructus consequitur, quam qui rem

- corporaliter detinet.
- 40 Alienatio bonorum ante commissum delictum, facta clam, præsumitur in fisci fraudem facta. Distinguit Bart. aliquot casus relatos. nu. 41. 42. & nu. 43.
- 44 Alienatio quando clam facta dicatur.
- 45 Clam confectum dici contractum, quando instrumentum super eo confectum, non publicatum, sed occultatum fuit.
- 46 Alienatio in fisci fraudem facta dicitur, si facta sit sub conditione, veluti. Dono. si bona mea publicari contigerit.
- 47 Donatio facta uxori à marito in casum deportationis, cur valeat.
- 48 Publicationem bonorum extra territorium non trahi.
- 49 Reis credendi duobus, vni facta solutione, alter exi iudicatur.
- 50 Alienans in aliquem, & casu quo continget bona eius publicari donans alteri, non dicitur in fisci fraudem facere.
- 51 Donans hoc pacto, vt si contingat bona mea confiscari, me tenens alere, non dicitur in fisci fraudem facere.
- 52 Alimenta cui non debeantur bonis publicatis.
- 53 Donasti mille mihi, & hæredibus meis, si homicidium commiteres, eo commissio, & te fugiuo, cur petere ea possim.
- 54 Alienans omnia bona, & postea delinquens, in ipsoque deprehensus crimine, præsumitur in fisci fraudem facere. Idem in eo qui notoriè deliquit, & postea alienauit. nu. 55. Et in contumace qui aufugit. n. 57.
- 56 Notoriè delinquens æquiparatur ei, qui in crimine sit deprehensus.
- 58 Donans, aut alienans, & postea de delicto in contumaciam damnatus, non præsumitur in fisci fraudem facere.
- 59 Contumacia inducit quædam tacitam, si tamen confessionem.
- 60 Sententia contra contumacem lata, creditori non nocet. Idem si contra debitorem. nu. 64.
- 61 Præsumptio contra delinquentem inducitur, ad eam trahi non debet, qui culpa non est conscius.
- 62 Damnatus confessione sua, cum aliter de delicto non constaret, emptori non nocet vel donatario. limitationem vide. nu. 65. & 66.
- 63 Cedentis confessionem, cessionario non nocere.
- 67 Alienatio facta ex causa necessaria, non præsumitur in fisci fraudem emanasse.
- 68 Alienans bona sua postquam de crimine accusatus est, si cum vt fraudaret, fecisse præsumitur. Idem si ante alienationem verbis declarasset, se de delicto cogitare. num. 69.
- 70 Donatio facta causa mortis, etiam sine fraude, publicatione bonorum ob delictum sequitur, reuocatur. Limitatur in donatione facta uxori. n. 71.
- 72 Alienatio bonorum regulariter non præsumitur facta in fraudem creditorum, secus tamen in alienatione à decoctore facta. num. 73.
- 74 Alienatio omnium bonorum titulo lucratiuo facta à debitore præsumitur in fraudem facta. Idem si titulo oneroso puta venditionis, & fuerit facta multo minori pretio à persona suspecta. nu. 75. & 76. Item in creditore alienante maiorem suorum bonorum partem, aut magis pretiosas. num. 77. & 78. Idque procedit, etiam si non simul, sed particulatim alienauerit. num. 79.
- 80 Fraus respectu temporis præsumitur facta, & ibi, quomodo.

P R A E S U M P T. CXXIV.

CVM de duplici simulatio nis specie, & modohabenus dictum sit, de tertia nunc est agendum, quando scilicet prima facie ostendunt contrahentes, velle facere contractum, & tamen ex mente, & verè nihil agere volunt, sicuti quando quis metu Tyranni, ne bona sibi auferantur, simulat ea alteri vendere, vel donare. Est sane simulatio hæc sicuti post Bar. & Bald. scripsit Affl. in cap. 1. in princ. nu. 11. de feudo dato innicem legis com. Tomus Primus. li 2. missi.

missi. Ita quoque est similis simulatio, quando quis timore, ne ob delictum a se perpetrandum publicentur sibi bona, ea simulat alteri donare. Et dicitur hæc donatio simulata, ac etiam in fraudem fisci facta. Quæ sanè duo simul stare possunt, ut in specie responderunt Castre. in conf. 58. Visis, num. 4. lib. 2. Anch. in conf. 227. ad corroborationem, nu. 3. & Nat. in conf. 629, nu. 14. lib. 4. Bart. in l. post contractum, & ibidem apertius Picus num. 11. Alc. nu. 1. & Io. Annibal. nu. 286. & Nat. in confil. 549. nu. 1. lib. 3. qui dixerunt, hæc alienationes non esse ipso iure nullas, sed reuocandas, cum quo ad effectum valide sint. Et hæc in re Bart. distinguit quinque tempora, hoc est primum tempus ante commissum delictum. Secundum post perpetratum crimen, sed ante accusationem. Tertium post accusationem, sed ante litem contestatam. Quartum tempus est post litem contestatam, sed ante sententiam. Quintum verò tempus post latam sententiam. Hæc temporum distinctio facta est à Bart. & reliquis respectu reuocationis ipsius alienationis. Cum aliter facilius reuocetur alienatio facta post commissum delictum quam ante. Et illis in casibus, seu temporibus post delictum scilicet commissum, adhibetur al quibus in casibus distinctio, an ipso iure bona publicentur, vel per sententiam. Quando publicantur ipso iure, non est opus confugere ad aliquas coniecturas, cum verò publicentur mediante sententia, dicimus, esse distinguendum, an ad sint coniectura fraudis, vel non. Ita Bart. in d. l. post contractum, nu. 12. vers. sed si in fraudem. & ibid. Picus nu. 76. & Io. Annibal. nu. 286, qui scribunt, coniecturas illas, quæ considerantur ante delictum commissum, considerari pariter post ipsum delictum. Disseramus itaque de hac fraude secundum Bart. & alios in d. l. post contractum. Et hæc quidem in re dicimus primum, fraudem per hanc coniecturam, & præsumptionibus detegi, sicut ipsemet Bart. in d. l. post contractum, n. 1. 2. & 3. & subsequentiibus ostendit, & apertius ibid. Picus nu. 19. & reliqui omnes, quos infra commemorabo: certis autem casibus hæc coniectura debent esse urgentes, & dilucida, sicuti responderunt Anch. in confil. 251. Nat. in conf. 212. nu. 2. lib. 1. & Cephal. in conf. 325. num. 2. lib. 3. idem docuit Alc. in d. l. post contractum, num. 34. vers. sed et si. Præsumptiones, & coniectura hæc ob id sufficiunt, quod dolus, & fraus consistit in animo, cuius solus Deus est per scrutator, ea erubescant, 32. q. 2. & id eo cum difficilis sit probationis, admittuntur coniectura. l. dolum, C. de dolo. cum similib. Ita enim dicimus alijs in casibus simulationem contractuum eorumque fraudem, præsumptionibus, & coniecturis probari, ut dicemus infra suo loco.

Prima itaque est coniectura, & præsumptio, quando alienata fuerunt omnia bona; sed hæc sunt distinguendi aliquot casus, quorum primus est, quando alienatio hæc facta fuit multo tempore ante commissum delictum, nulla existente delinquendi suspitione. Hoc casu nulla præsumitur fraus, siue alienatio sit facta titulo oneroso, siue lucratiuo. Ita docuit Bart. in d. l. post contractum, num. 3. & alij secuti sunt.

Extenditur hic casus, ut locum etiam habeat, quando de delicto in genere tantum fuit cogitatum. Nam, & tunc non præsumitur fraude factam esse alienationem. Ita egregie docuit Alc. in d. l. post contractum, num. 37. vers. Cæterum post. Salic. in l. si quis post hac. col. 4. C. de bonis proscript. Non enim (scribunt prædicti) tunc aut desperatio, aut metus imminenti accusationis subest, iuxta l. vlt. §. Papi. ff. de bonis eorum, qui sibi mortem committunt. Nec præterea subest causa, per quam verisimiliter committitur delictum, ut requirit Bart. in d. l. post contractum, nu. 2. ex d. l. si quis post hac. §. vlt. ibi, ante initium actus. Vnde (subdit Alc.) cum iuuenis rixosus, & male moratus dubitans, ne quandoque sibi contingeret aliquod crimen committere, donasset amico, responsum

fuit, firmam fuisse donationem, cum reuocatio, que a fisco fit, in penam specialis, & dilucide probari delictum, fieri debeat. l. sed, & si maritus. §. vlt. ff. qui, & a quibus non autem cum in genere tantum de delicto est cogitatum. Nam tunc causa proxima donationis, non est delictum, glo. in l. si mulier. ff. rerum amon. sed facilitas natura. l. si quis cum sciret. ff. pro empto. aduersus quam facultatem, ille talem provisionem adhibere voluit. Et idem esse respectu creditorum docuit Bald. in rubr. C. de his, quæ in fraudem credito. Hanc tamen extensionem declarat Alciat. nisi donatio clam facta fuerit.

Secundus est casus, quando omnium bonorum alienatio titulo lucratiuo facta fuit, multo tempore ante commissum delictum, sed al qua tamen suberat suspicio committendi delictum, ut quia habebat capitales inimicitias, quæ usque ad tempus delicti perdurant. Hoc casu præsumitur fraude facta alienatio, si modò probabitur fisco, illas inimicitias capitales extitisse, & perdurasse. Ita Bart. in d. l. post contractum, num. 2. & apertius Picus nu. 36. vers. ego sic dicerem. Alc. num. 49. Dec. in conf. 235. col. 1. vers. prima est. Bossius in tract. causarum criminal. in tit. de public. bonorum. num. 45. Cæph. in conf. 325. nu. 3. & num. 48. lib. 3. Nat. in conf. 549. num. 6. lib. 3. Peregrin. de quo statim, Blancus in tract. de indicijs, nu. 87. qui manifestè scribit, quod delictum debet esse secutum in personam eius, cum quo erat inimicitia.

Extenditur primò hic casus, ut habeat locum etiam, quando facta est donatio maioris partis bonorum. Nā & hoc casu præsumitur fraude donatum, sicuti scribunt Alc. in d. l. post contractum, nu. 40. Io. Annibal. nu. 90. & nu. 92. vbi idem dixit, de alienatione omnium melioranentorum. Et idem affirmarunt Alex. in conf. 55. lib. 4. Soc. sen. in conf. 108. col. 1. lib. 1. & in conf. 264. col. 1. vers. 2. arguitur. lib. 2. Dec. in conf. 135. col. 1. vers. 1. est. & Peregrin. in tract. de iure fisci. lib. 5. tit. 1. num. 156.

Extenditur secundò hic casus, ut locum habeat etiam, quando facta est interpolatis temporibus facta fuisset donatio hæc omnium bonorum, vel maioris partis. Nam adhuc præsumitur fraus. Ita in specie docuit Io. Annibal. in d. l. post contractum, nu. 94. ex sententia Bart. in l. nomē. §. filio. de leg. 3. & in l. 1. C. qui bonis ced. post. Baldi in l. 2. C. de repud. hæred. Anch. in conf. 57. & Ias. in §. item si quis in fraudem. cred. Anch. conf. 57. & Ias. in §. item si quis in fraudem. col. 7. in instit. de actio. dū loquuntur de alienatione facta in fraudem creditorum. Eandem sententiam in specie nostra probauit, & Alc. in d. l. post contractum, nu. 40. vers. hic neque consequens, qui intelligit, dummodo donatio, seu alienatio facta sit vni personæ tantum, secus si diuersis. Et Peregrinus in d. tit. 1. num. 156. vers. ampliat etiam. Verum cum hic spectemus solam ipsam fraudem alienantis, non autem eius etiam, in quem facta fuit alienatio, sequitur dicendum, idem esse, quando diuersis donatum fuit. Id quod, & ipsemet Alc. sentit.

Extenditur tertio hic casus, ut procedat etiam in alienatione omnium bonorum facta titulo oneroso, ut si quis vendidit, vel aliter sic alienauit. Ita gl. in l. qui testamētū. ff. de probatio. Bart. in d. l. post contractum, num. 2. & ibid. Alc. num. 40. & Peregrin. in d. tit. 1. num. 157.

Et hæc quidē extensio intelligitur, quando de enumeratione pretij non constat, nisi per confessionem, secus vero si re ipsa pretium fuit numeratum. Nā tunc cessat fraudis suspicio, ex quo is venditor loco bonorum habet pretium. Ita declarat prædictis in locis Bossius, & Alc. qui subiungit, quod si alienatio facta est viuiore pretio, reuocatur tantum usque ad iustum pretium.

Declaratur primò, ut non procedat, quando delinques existimauit se ex eo delicto non posse puniri, ut si in nemore, & clam ita deliquit, ut crederet nunquam delictum detegi. Nam tunc alienando non præsumitur alienasse, ut fisco fraudaret. Ita Cyn. in l. si quis post hac.

q. 1. C. de bonis proscript. & Natta in conf. 212. num. 4. lib. 1. & in conf. 549. num. 10. lib. 3.

Declaratur secundò hic casus, ut non habeat locum, quando alienatio facta fuit iustus de causis, necessarijs scilicet, & approbatis, sicuti quando ob alimenta, vel constitutiones dotium filiarum facta fuit. Ita Ang. in l. si quis post hac. col. pen. C. de bonis proscript. etiam Comensis, & Puteus, quos secuti sunt Picus in d. l. post contractum, nu. 44. vers. secundò limita. & nu. 79. & Alc. nu. 34. Dec. in conf. 235. nu. 1. vers. licet qualitas. Natta in conf. 212. num. 2. lib. 1. Bartol. in conf. 149. nu. 63. lib. 2. & Bossius in d. tit. de publicatione bonorum, num. 45. Nam factus necessarius, fraudis suspitionem plerumque elidunt. l. vlt. in fin. ff. de litigios. & l. alienationes. ff. fam. et cisc. Ita dicimus bona subiecta fideicommissio, posse sine fraudis suspitione alienari pro dotium constitutione, alimentis, & similib. ut seq. lib. explicabimus.

Tertius est casus, quando facta alienatione statim, & incontinenti, committitur crimen. Hoc casu si alienatio omnium bonorum facta est titulo lucratiuo, præsumitur fraude facta. Ita scribunt Picus in d. l. post contractum, num. 36. & Io. Annibal. num. 163. Dec. in conf. 235. col. 2. vers. quinto præsumitur. & Nat. in conf. 549. num. 9. lib. 3.

Idem est, quando alienatio facta fuit titulo oneroso, nepe venditionis. Ita sentit Bart. in d. l. post contractum, nu. 8. vers. quinto præsumitur & apertius Alc. nu. 52. & 54. Io. Annibal. nu. 166. & Anch. in conf. 251. num. 3. Blancus in tract. de indicijs, n. 57. vers. quinta est. Et quæquam Bart. expressim non explicet, an facta fuerit donatio, vel alia alienatio omnium bonorum, vel maioris partis, sic tamen passim ab omnibus intelligitur. Et illum quidem secuti sunt præter relatos. Dec. in l. petens, in 2. notab. C. de pact. Ruin. in confil. 130. num. 2. lib. 2. Tiraq. in tract. de retractu consang. §. 1. gl. 7. num. 76. Nat. in conf. 549. num. 4. lib. 3. & Bossius in tit. de publicatione bonorum nu. 51. vers. quinta est. Et prædictam sententiam multis similibus comprobatur Alc. in d. l. post contractum. nu. 54.

Quibus demonstrat, ex actu incontinenti gesto, fraudē actus præcedentis argui. Incontinenti autem dicitur hoc in casu commissum delictum, per arbitrio iudicis, sicuti in specie respondit Dec. in d. conf. 235. col. 2. vers. quinto præsumitur, docuit Alc. in l. post contractum, n. 52. & alios concessit in lib. 2. de arbit. iudic. casu 39. num. 1. Idem in specie docuit Io. Annibal. in d. l. post contractum, nu. 177. qui subiungit num. 178. post Bart. ibid. num. 8. in si. alienantem non habuisse animum delinquendi, quando delictum ex inopinata rixa est statim subsecutum. Idem egregie scripsit Anto. Gomezius in commentarijs variat. resolut. tomo 3. cap. 14. de confiscatione bonorum, nu. 4. vers. sic & adde. Cæterum est aduertendum, quod in Decretum Mediolanense extat Decretum, quod donationes factæ intra biennium ante commissum delictum, non valeant, ut refert Boss. in tractat. causarum criminalium. in tit. de publicatione bonorum, num. 44. ob id intra hoc tempus biennij delictum perpetratum, dicitur incontinenti commissum, extat & Noua Mediolani constitutio in tit. de iure, & privilegio fisci. §. si quis.

Declaratur, hic casus, ut locum non habeat, quando ratio aliqua repugnaret. Nā tunc ex delicto incontinenti commissio, non argueretur fraus aliqua per alienationem antecedentem. Ita declarat Alc. in d. l. post contractum, num. 57. qui affert egregium exemplum. Finge (ait Alc.) lex iubet domum parricidæ exquiri solo, aliquis, alienata domo, statim parridium committit, domus (inquit Alc.) demolienda non est. Cum favorabilior interpretatio sumenda sit, ne destruat domus, iuxta l. cætera. §. senatus, de lega. 1. Et ne statutum odiosum loquens in casu vero, extendatur ad casum præsumptum, contra l. vlt. C. de interdico matrim. cap. fasceptum. de testip. in 6. & scripti supra lib. 1. quæst. 47. vbi explicauit, quan-

do dispositio loquens in casu vero, comprehendat, & præsumptum.

Secunda est coniectura, qua dicimus, alienatione cenferi factam in fraudem fisci, quando scilicet facta est donatio omnium bonorum coniunctæ personæ. Ita Bartol. in d. l. post contractum, nu. 3. ff. de donat. qui visus est distinguere tres casus.

Primus est, quando donatio hæc facta fuit coniunctæ personæ, eo tempore quo nulla extabat causa, seu presumpcio committendi delictum, ut quia nulla suberat capitalis inimicitia. Hoc casu non præsumitur per fraudem facta donatio. Ita scribunt Bart. in d. l. post contractum, num. 3. & ibidem Picus, num. 41. & Io. Annibal. num. 105. Anch. in conf. 251. num. 5. Roma. conf. 367. num. 15. Alex. conf. 54. nu. 19. lib. 7. Dec. in conf. 235. nu. 1. Blancus in tract. de indicijs, nu. 88. & latè Bossius in tract. causatum criminalium. in tit. de publicatione bonorum, nu. 46. Cephal. in conf. 325. num. 3. lib. 3. Alc. respon. 125. num. 8. in fine. Natta in conf. 549. nu. 3. & 4. num. 9. & eruditissimus M. Ant. Peregr. Patavinus primi nominis aduocatus, in commentarijs de iure, & privilegio fisci. lib. 5. tit. 1. num. 159. Quam sententiam probat l. si quis post hac. vers. si quid. C. de bonis proscript. Idem dicimus in præsumenda simulatione contractuum, quod scilicet illa non præsumatur ex eo solo, quod cum personæ coniuncta confectus is fuerit, sicuti responderunt Bartol. in conf. 65. lib. 1. Comensis in conf. 165. & Aret. in conf. 65. col. 2. & dicemus infra suo loco.

Extenditur, ut locum etiam habeat hic casus, quæ allegatur cā generalis, ut potè si diceret, se donasse, ut diceret donatariū sanguine sibi coniunctū. Nā adhuc fraude donatū non præsumitur, cum hæc non sit causa sufficiens ad arguendū fraudē, & delictū. Ita Alc. in d. l. post contractum, nu. 41. & in tract. de præsum. reg. 1. præsumpt. 29. nu. 4. Idem censuit Alc. de ea causa, quam donans allegaret, se scilicet id fecisse, quia erat se fisco obligaturus, nisi dilucide aliter probetur. l. sed, & maritus. in fin. ff. qui, & a quib.

Secundus est casus, quæ cum hac donatione facta coniuncto, concurret aliqua causa, seu præsumptio committendi delictum, sicuti quæ iam extaret graues inimicitias, quæ eo donationis tempore perdurabant. Hoc sanè casu donatio præsumitur fraude facta. Ita Bart. in d. l. post contractum, nu. 3. quem secuti sunt ibidem Picus, n. 46. Alc. nu. 41. & Io. Annibal. nu. 105. Idem Alc. in d. præsumpt. 29. nu. 4. & in resp. 125. num. 8. sic & Ias. in §. item si quis in fraudem, col. 8. in instit. de act. Dec. in conf. 235. num. 1. vers. secunda præsumptio. conf. 587. nu. 9. vers. quartò mouetur. & in conf. 659. n. 2. Cur. iun. in conf. 6. nu. 6. & Nat. in conf. 549. nu. 11. lib. 3. Boss. in tract. causarum criminalium, in tit. de publicatione bonorum, nu. 46. Et ij quidem moti sunt ex l. pen. ff. de bonis liber. & l. data, C. de donat. Existimo etiam sufficere leuem aliam causam, seu coniecturam, coniuncta hac consanguinitate. Nam et si sola ipsa consanguinitas non arguit fraudem, attamen illa operatur, ut facilius præsumatur. l. si quis donationis. in ff. de contrah. emp. & gl. in c. 1. in verbo, carnalitate, ut ecclesiast. benef. & in specie Picus, & Alcia. in d. l. post contractum, ille nu. 45. iste nu. 41. sic scripserunt, & cum eis sentit Io. Annibal. num. 112.

Tertius est casus, quæ per titulo oneroso alienatio sit inconiunctæ personam. Hoc in casu idē quod in præcedentibus, dicendū esse, scripsit Bart. in d. l. post contractum, n. 3. vers. quid in venditione. Est ergo dicendum, quod aut nulla subest cā, seu coniectura, quod voluerit committere delictum, aut cā ipsa subest. Quæ nulla subest causa, non præsumitur fraus. Nā cum eo fuit contractum tanquā cum extraneo, ex quo loco rei pretium habere voluit, sicuti annotauit in specie Alc. in d. l. post contractum, num. 41. vers. rursus in alienatione. Bar. quoque. secutus est Lud. Peguer. in decis. crimin. c. vlt. n. 3. Cū verò subest causa, siq. conie-